



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Speculum Approbandorum Bipartitum**

**Unczovsky, Marianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1693**

Quæstio XLI. In qua de Suspensione contra Episcopos Capitula &c. & Religiosos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37308**

**QUÆSTIO XLI.**

*In qua de Suspensione contrà Episcopos  
Capitula &c. & Religiosos.*

*Vicar.* Cùm simus in materia de *Vin-*  
culo Suspensionis recense  
etiam Suspensiones contra Episcopos.  
S. Suspenditur ab ordine Episcopali E-  
piscopus consecratus ab Excommuni-  
cato vitando. *Item* Episcopus qui Simo-  
niacè ordinat, *item* conferens eodem  
die duos Ordines Sacros; *item* confe-  
rens primam Tonsuram illiterato vel  
Infanti, *item* ordinans non subditum  
absq; licentia sui Ordinarij; similiter  
exercens Pontificalia in aliena Diœce-  
si, sinè Ordinarij licentia. *Item* ordi-  
nans Religiosum non Professum, seu  
non ligatum voto solenni (excip: Re-  
ligios: ex Societ: JESU per Bul: Grego-  
rij XIII. ) *item* suspenditur Episcopus  
conferens Confirmationem, vel Con-  
secrationem postquam ad Sedem Apo-  
stolicam est appellatum, etiamsi par-

tes



es ab appellatione recesserint, nisi il-  
conset in tali negotio nullam frau-  
dem intercessisse. Item suspenditur sub-  
ciens Laicis Bona Ecclesiæ sive con-  
fessu Summi Pontificis. Item suspen-  
ditur Episcopus, si in alienatione Bo-  
norum Ecclesiæ male utatur potestate  
delegata, item suspenditur admittens  
resignationes Beneficiorum cōtra for-  
mam præscriptam à Pio V. in *Constit.*  
quæ incipit *Quanta*. Item suspenditur  
Episcopus elocando domos suas &  
concedens in eis exerceri Usuras alie-  
nigenis &c. item alienans bona Eccle-  
siæ, item suspenditur delinquens con-  
trā Clericorum immunitates, item su-  
penduntur relaxantes incēdiarijs pœ-  
nam, item non visitantes limina Apo-  
stolorum tempore præscripto in *Con-*  
*Sixti V.* per se vel per alium. *Alia*  
*suspens.* vid: *poterunt apud Canonis.*

V. Exprime etiam Suspensiones con-  
tra Capitula &c.  
S. Suspensionem incurrit Capitulum si

Hh 5

di-



dilapidet bona reliqua, vel obvenientia tempore Vacantiae, item si occupet bona, quae ad Prælatum defunctum spectant, vel quae in utilitatem Ecclesiæ exponenda, aut Successori servanda sunt; item suspenduntur Capitula & Conventus qui aliquid directe vel indirecte accipiunt, aut petunt obceptionem alicujus in Religionem &c. item non servantes contenta in Constitut: Pij V. quae incipit *Quanta Ecclesiæ: reliqua suspens: facile invenientur apud Canonis.*

V. Recense etiam saltè aliquas Suspensiones contra Judices Ecclesiasticos.

S. Suspenduntur Judices qui ferunt Censuras sine scriptis, vel sine Cause expressione, vel qui requisiti intrâ Mensem Exemplar Censuræ non tradunt; item qui faciunt injuriam contra justitiam & conscientiam parti litiganti in Judicio, amore, pretio, vel odio; item qui de alijs quam de manife-

fe.



atis injurijs & violentijs scienter se  
tromittunt, seu ad alia, quæ judici-  
um indaginem requirunt potestatem  
am extēdunt & exercent; item Com-  
missarius eligens indignum ad Epis-  
copatum, vel alias præbendas inferi-  
ores quæ curam habent animarum &c.  
sunt suspenduntur Electores Episco-  
porum, qui infra octo dies, postquam  
comodè potuerint, electionem factam  
electo non præsentaverint &c. &c.  
¶ Erunt utiq; notæ etiam Suspensiones  
contrà Religiosos.  
¶ Suspenditur Religiosus Apostata re-  
cipiens in Apostasia aliquem Ordinem  
sacrum, item suspenduntur Religiosi  
ab administratione officij, qui sibi ap-  
propriant vel iniquè usurpant deci-  
mas ad se non pertinentes, vel in hoc  
defraudent Ecclesias, si intrà duos  
Menses moniti non satisfecerint. item  
recipientes ad Professionem antè an-  
num Probationis, item suspenduntur  
Religiosi Confessarij, qui requisiti à

Hh 6 Re-



Rectoribus Ecclesiarum, scienter o-  
mittunt facere conscientiam sibi con-  
fitentibus de non solvendis decimis;  
*item* suspenduntur Abbates & alij qui-  
cunq; etiam exempti, qui faciunt lit-  
teras dimissorias alijs, quām suis sub-  
ditis Regularibus, *item* introducentes  
Mulieres in Monasteria per Bul: Pij V.  
quæ incipit *Regularium*.

*V.* Peto, qualiter peccet violans præ-  
dictas suspensiones.

S. Dico cum *Fillinc.* suspensum ab Of-  
ficio vel Beneficio, præsummentem ex-  
ercere quidpiam, omnino peccare  
mortaliter, quòd si suspensus ab Ordi-  
ne exercuerit actum Ordinis, fiet ir-  
regularis, similiter exercens actum  
Ordinum Minorum; Irregularitatem  
pariter incurret Episcopus suspensus,  
exercens actus proprios Episcopi, ut  
est collatio Ordinum, Confirmatio,  
Altarium, consecratio, pro quo, vi:  
**Canonis.**

*QUE.*

